

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Atlas minor Gerardi Mercatoris**

**Mercator, Gerhard**

**Amsterodami, 1610**

De mvndo

[urn:nbn:de:bsz:31-118360](#)

Percipias verum sit quantula portio, verbis  
 Quamnos magnificis in regna superba secamus,  
 Partimur ferro, mercamur sanguine suo,  
 Ducimus exiguae glebae de parte triumphos,  
 Illi : etenim moles per se spectata seorsim,  
 Magna quidem : si cum siellati tegmine caeli  
 Componas, puncti instar erit, vel seminis, undo  
 Condidit immumeros senior Gargetius orbis.  
 Hac illa est hominum sedes, hac illa serarum  
 Et volucrum domus: hoc angustu è carcere quamvis.  
 Surripit Oceanus terre circumfluui humor,  
 Quique per Herculea irrumens divortia mete,  
 E uropam Libycis latè sejungit ab oris?  
 Adde hinc claustra Arabum, quaeq; arctant aquora  
 Hyrcanos : hinc adde lacus lacisq; paludes, (campos

Et quo precipiti labefactant fluminia montes  
 Ut rite, vel pigris stagnant immota lacuna.  
 Diumq; hac virginiunt, hec orbem gurgite mergunt,  
 Conditus exiguae sub aquis pars maxima terre.  
 Quod superest, magno velut Insula parva profundo  
 Innatas: hac etiam quantum vel squalat arenis?  
 Vel tumes in vastos sine fruge, sine arbore montes?  
 Vel nimis ardor flammis? vel frigore torper?  
 Vel jaceat humano indocilis manuescere cultu,  
 Vel secunda malis animantium in funera succidit?  
 O pudor, o si solidi praecepit vesania voti!  
 Quantula pars rerum est, in qua se gloria tollit,  
 Ira fremit, metus exanimat, dolor urit, egestas  
 Cogit opes ferro, insidiis, flammis atque veneno?  
 Scilicet & trepidi fervent humana tumuli.

## DE M V N D O.

Nomen à quo &  
 cito inditum.



NIVERSITAS hæc, quæ ob mentis humanæ sacraria magis, quam oculorum aciem obversatur, ab elegantiâ perfectâ & absolutâ puritate; Latinis *Mundus* dicitur. Is Plin. Naturalis historiæ lib. i. cap. i. enjus circumflexu teguntur cuncta. Apuleio, admirandam omnibus machinam depingenti, qui societas e Celi & Terra constat, & eorum naturis que utriusque sunt. Ejus formam in speciem Orbis absolutissimi globatam esse, nomen in primis, & consensus in eo mortalium Orbem appellant pinguentiumque, sed & argumenta rerum docent: non solum quia talis figura est capacissima & simplicissima, omnibusque sui partibus vergit in se, ac sibi ipsi toleranda est, sedque includit & continet, nullarum egens compaginum, nec finem aut initium ullis sui partibus sentiens: sed oculorum quoque probatione, quod convexus undique sit quacumque cernatur, quodque partes habeat ejusdem formæ, cum id accidere in aliâ non possit figurâ. Ut ridiculi merito existimandi sint, qui non figure sphaerica vel rotundum, sed alius etiam figuræ cum esse sunt arbitrati. Partes mundi duæ sunt, ætherea five coelestis, & Elementaris five sublunaris. Ætherea est lucida illa regio spheras celestes omnes complexa, immunis ab omni variatione: Elementaris est ea quæ infra illos Orbes constituta, generationem corruptionemque admittit, estque non tantum corporum simplicium, ut sunt Ignis, Aëris, Aqua, Terra: verum etiam eorum quæ ex hisce componuntur: quorum quinque genera Sapientes prodiderunt. Sunt enim quedam imperfectè mixta, quæ Metæra appellamus, Grandines, inquam, Pluviae, Nubes, Tonitrua, Fulgura, Venationes.

## D E M V N D O.

lia perfectè mixta, sed inanimata, ut Saxa, Marmora, Metalla. Alia quæ animam habent vegetativam, ut Plantæ. Sunt quæ insuper sensitivæ, ut Bruta: sunt denique in supremo & ultimo rerum compositarum gradu, que præter hæc omnia animam habent rationalem, ut Homines. Nos sua Astronomis, Physicisque relinquentes, Orbē terrarum potissimum considerabim⁹. Terra universa Mari, Fluminibus, Paludib⁹usque varie intersecta, Orbē absolutum cum illis omnibus constituit. Homerus sanè non aliam ab causam eam vocat *orbicularē*. Et Numa Pöpilius, idem spectans ædem Vestæ rotundā consecravit. Neque verò aliam ejus figuram esse posse cùm ex gravium ad unum aliquod punctum tendentiu ratione demonstravit Aristoteles, tuim ex Eclipsibus & horologiorū umbris à Mathematicis probatur. Praterea longis certisq; peregrinantiū observationibus deprehensum est, longitudines & latitudines locorū pro intervallis variari, adeo ut & Periacos, & Antoecos, & Antipodas esse certius sit, quām ut ullā prolixiore demonstratione ostendendū sit. Hunc Orbē continere, in circuitu, quo maximè patet, gradus 360 antiquitas docuit, idēque recentior asserit ætas, unde si singulis gradib⁹ tribuas millaria Germanica xv, vel Italica lx, non erit difficile inire rationem ambitus totius Terræ. Ac de Terrâ quidem quatemus ea cum mari Orbē constituit pauca ista sufficientant. Eadē prout ab aquis distinguit ir, & in Sacris, *Aridi*, appellatur, proprium est Hominum domicilium. Huic uni propter eximia merita cognomentū indidimus maternæ venerationis. Hæc nos nascentes excipit, naros alt, sc̄mēque editos sustinet semper: novissimè complexa gremio jámque à reliquā naturā abdicatos desertosque, tum maximè ut mater operit.

*De maris* hoc loco aliquid etiam adjiciendum: Mare aliud vocamus Mediterraneanum, aliud Oceanum. *Oceanus* quē Sacra literæ appellant abyssum aquarum, reliqua omnia suā vastitate & magnitudine superat, diffunditürque per totam Terrā, ac per diversas Mundi oras variarū gentiū Littora, Insulas, Promontoria, flexuoso meatu oberrās, nomen cum locis mutat. Alibi vocatur *Occidens*, alibi *Eous*, *Ethiopicus*, *Hispanicus*, *Atlanticus*, *Scythicus*, *Gallicus*, *Britanicus*, *Germancus*, *Hyperborœus* & *Glacialis*: alibi ex recentiorum observationibus, *Mare del Sur* sive *Pacificum*, *Archipelagus Lazari*, *Mare Indicum*, *Lamechidol*. *Mare mediterraneum* Africam ab Europā distinguit, & pro regionum situ diversa habet nomina. Neque verò sterile omnino est mare: fert Pisces, fert Pláticas, fert Gemmas. In primis notandū est, quām dædalo artificio natura plerisque omnia quæ aut in terris aut in aëre visuntur, voluerit in mari repræsentare. Mitto Elephantes, Porcos, Testudines, Canes, Vitulos, Equos. Mitto Falcones, Hirundines: ipsum Hominē expresit in Equite marino, Sirenibus, Neréidibus, atque etiam in Monacho. Iam Corallus, Margaritæ, Ambra, Succinum, Spongiæ, aliisque infinita, quem non merito in admirationem trahant & adorationē supremi Numinis? Sed de his hoc loco satis copiosè, ad distributionē Orbis Terrarū accedamus. Terrarum Orbem veteres, nunc in duas partes, nunc in tres sunt partiti. In tres partes distributione, Europam, Asiam, Africā, vel Libyam, maximè celebres apud veteres, quibus novus Orbis nondum innotuerat. Sed inventa Americā, eam pro quartā parte ætas nostra adjectit. Mercator noster, hunc Orbem Terrarū in tres continentes distinguit: Primam vocat quam veteres in tres partiti sunt: secundam quam nunc Americam vocamus: tertiam Terram Australēm, sive Magellanicam. Nos vero Orbem universum in quinque partes dividimus Europam, Africā, Asiam, Americam & Terram Australēm.

A iiij

EVROPAM

*Terra ambitus.*

*Terra qualitas.*

*Mare.*

*Commoditates Maris.*